

CORPVS SCRIPTORVM DE MVSICA

3

JACOBI LEODIENSIS


SPECVLVM MVSICAE

Edidit

ROGER BRAGARD

III

(LIBER QVARTVS)



AMERICAN INSTITUTE OF MUSICOLOGY

1965

AMERICAN INSTITUTE OF MUSICOLOGY
ARMEN CARAPETYAN, PH. D., DIRECTOR

CORPVS SCRIPTORVM DE MVSICA

3

JACOBUS OF LIÈGE
SPECVLVM MVSICAE

Edited by
ROGER BRAGARD

IIII
(LIBER QVARTVS)

CORPVS SCRIPTORVM DE MVSICA

3

JACOBI LEODIENSIS


SPECVLVM MVSICAE

Edidit

ROGER BRAGARD

III

(LIBER QVARTVS)



AMERICAN INSTITUTE OF MUSICOLOGY

1965

Copyright 1965 by
ARMEN CARAPETYAN

Printed in the Netherlands

JACOBI LEODIENSIS
SPECVLVM MVSICAE
LIBER QVARTVS

SPECULUM MUSICAE

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI QUARTI SPECULI MUSICAE

P₁, 140r

- I. Prooemium intentionem continens dicendorum.
- II. Consonantiarum comparatio quantum ad convenientias ipsarum generales.
- III. Consonantiarum collatio quantum ad aliquas specialiores convenientias.
- III. Consonantiarum collatio quantum ad ipsarum nominationes.
- V. Consonantiarum collatio quoad distinctos sonos.
- VI. Consonantiarum collatio quantum ad ipsarum distinctas mixtiones.
- VII. Consonantiarum collatio quantum ad distinctas ipsarum proportiones.
- VIII. Consonantiarum collatio ut auditum respiciunt.
- VIII. Consonantiarum collatio quantum ad intentionem et remissionem.
- X. Consonantiarum collatio quantum ad positionem vel situm quem habent in monochordo.
- XI. Consonantiarum collatio quantum ad praxim vel usum ipsarum.
- XII. Consonantiarum collatio quantum ad simplicitatem ipsarum et compositionem.
- XIII. Consonantiarum collatio quantum ad totum et partem.
- XIII. Consonantiarum in partes distinctio.
- XV. Consonantiarum collatio quantum ad intervalla.
- XVI. Consonantiarum collatio quoad species.
- XVII. Collatio specierum <quantum> ad intervalla.

Incipiunt... Musicae om P₁

I Prohemium scr P₁P₂

II continentias pro convenientias P₁ XIII tonus pro totum P₂ XV Collatio consonantiarum in huius capituli titulo XVII quantum om P₁P₂

- XVIII. Quod consonantiae inter se sint ordinatae.
 XVIII. Consonantiarum <collatio quantum ad ordinem>
 prioritatis et posterioritatis.
 XX. Ordo consonantiarum quantum ad aliquas na-
 turae prioritates.
 XXI. Diversae acceptiones de perfecto.
 XXII. Unde res suam sumat perfectionem.
 XXIII. Quod diapason ceteras vocum inaequalium prae-
 cedat consonantias.
 XXIII. Ordo consonantiarum secundum Ptolomaeum.
 XXV. Ordo consonantiarum secundum Ebulidem et
 Hippasum.
 XXVI. Ordo consonantiarum secundum Nicomachum.
 XXVII. Unde trahunt consonantiae suam perfectionem.
 XXVIII. Ordo consonantiarum quantum ad gradus essen-
 tiales generales.
 XXVIII. Ordo consonantiarum generis multiplicis et
 superparticularis quantum ad gradus earum
 específicos.
 XXX. Quod non sic potest ordo taxari perfectionis
 inter consonantias proportionum superpartien-
 tium et mixtarum, sicut multiplicium et super-
 particularium.
 XXXI. Quid sit concordia et quid discordia.
 XXXII. Concordiae distinctio.
 XXXIII. Concordiae perfectae divisio.
 XXXIII. Quae sit perfectior concordia et quibus competat
 consonantiis.
 XXXV. Quae sit perfectissima concordia et quibus apte-
 tur consonantiis.
 XXXVI. Concordia media quae sit et quibus insit con-
 sonantiis.
 XXXVII. Imperfectae concordiae descriptio et quibus com-
 petat consonantiis.
 XXXVIII. Discordia quid sit et qualiter distinguatur.
 XXXVIII. Quae sit discordia perfecta et de quibus dicatur
 consonantiis.
 XL. Quae sit media discordia et quae sit imperfecta
 et quibus insint consonantiis.
 XLI. Quae sint causae concordiae, et quae discordiae
 in vocibus mixtis.
 P₂, 170^v | XLII. Unisonus quare optimam et perfectissimam dicat
 concordiam.

XVIII ordo *pro* collatio quantum ad ordinem P₁P₂ (*vide huius cap tit*) XXII sumat suam P₁
 XXV Hyppasum P₂ XXVI Nichomachum P₁P₂

- XLIII. Diapason et bis diapason inter consonantias
vocum inaequalium quare perfectiorem impor-
tent concordiam.
- XLIIII. Quare post concordias aequisonas, diapente, dia-
tessaron et aliae quaedam inter consonas
reponantur.
- XLV. Cur semiditonus et ditonus alias, quia prius
tactas, intermedias concordias ordinamus.
- XLVI. Quarum consonantiarum voces imperfectae con-
cordant et quare.
- XLVII. Discordia in consonantiis unde proveniat et quae
sint perfectae discordiae.
- | XLVIII. Assignatio causarum mediarum et imperfectarum P₁, 140^v
discordiarum.
- XLVIII. Qualiter in monochordo concordiae cum discor-
diis mixtim disponuntur.
- L. Concordiarum comparatio quantum ad cadentiam.
- LI. Concordiarum collatio quoad partitionem.

Expliciunt capitula quarti libri Speculi Musicae.

| *Incipit liber quartus Speculi Musicae*P₁, 141r

CAPITULUM I.

PROOEMIUM INTENTIONEM CONTINENS
DICENDORUM.

¹ **O**rdo poscit naturalis ut absoluta rei cognitio collativam antecedit. Hinc est ut ipsius sensus communis sensatione naturaliter prior sit sensuum particularium sensatio. Ille enim sensibilia generum diversorum ad invicem valet comparare, quia noscit illa, non sic sensus particulares vel exteriores. Non enim valet visus inter lumen sonumque discernere similiter nec auditus. Hic enim lumen, non sonum, agnoscit, ille sonum, non lumen, percipit. Hinc etiam est ut respectus relativus rem supponat absolutam.

² Quia igitur de consonantiis absolute iam dictum est, ulterius de eisdem collative discutere poterimus. Nec videatur tractatus hic superfluum. Auget enim consonantiarum notitiam et de eisdem firmiorem affert memoriam. Nec indignetur lector si qua prius tacta resumantur. ³ Confert enim doctrinae secundum Boethium aliqua prius dicta breviter recolligere et praestare memoriae cum quadam diversitate tractatus. Et multi in scientiis modos non omiserunt recapitulatorios. ⁴ Nonne de eisdem cibariis fercula distincta parantur gustui, ut quod sapit uno modo magis sapiat et altero, et sic amplius satiatur appetitus? Quid prohibet quin sic fieri possit ex parte intellectus? Etiam species aromatica, cum plus teruntur, plus redolent. Comparabuntur autem hic ad invicem consonantiae quantum ad convenientias ipsarum generales et differentias, quantum ad intentionem et remissionem, quantum ad ordinem, quantum ad simplicitatem et compositionem, quantum ad totum et partem, quantum ad intervalla, quantum ad species, ⁵ quantum ad perfectionem et imperfectionem, ⁶ et quantum ad aliquas alias proportionales prout occurrent et ostendent capitula.

In cap. primi tit. Prohemium scr P₁P₂
 1 posit *pro* possit P₂ 3 breviter *om* P₂ colligere *pro* recolligere P₂ obmiserunt P₁ obbmiserunt
 P₂ *pro* omiserunt quantum *bis* scr P₁

¹ Boethius, *De Institutione Musica*, L. IIII, c. 1 (Friedlein, p. 301, ll. 7-12).

³ Item non omnes illae, quae diapason minores sunt, in usu sunt, sed illarum tredecim (computando cum illis unisonum et diapason) hae scilicet: unisonus, diesis, tonus, semiditonus, ditonus, diatessaron, tritonus, diapente, diesis cum diapente, tonus cum diapente, semiditonus cum diapente, ditonus cum diapente, diapason.

⁴ Remanent autem septem, in diapason inclusae, quibus non utimur per se, scilicet comma, apotome, tonus minor, tonus maximus, semitritonus, tetratonus et pentatonus. Harum solus semitritonus notari potest convenientius. Unde ipsum in aliquo cantu repperi ecclesiastico. Sed rarissime reperitur, sicut et tritonus, propter duritiam et inaptitudinem pronuntiandi voces illarum consonantiarum.

| ⁵ Sunt enim consonantiae illae in frequentiore usu quarum voces aequaliter concordant et faciles ad cantandum sunt. Tactis consonantiis, quibus utitur musica plana, omnibus vel aliquibus utitur et mensurabilis in suis discantibus et, cum hoc aliis, quae transcendunt diapason, ut tono cum diapason, quam vocant unam nonam vel bis diapente; item, semiditono cum diapason, quarum quaelibet vocatur una decima; item, diatessaron cum diapason, quae est una undecima; diapente cum diapason, una scilicet duodecima; item, bis diapason, quae est una quinta decima. Hac rarissime cantores utuntur, propter magnam vocum suarum distantiam, quamvis aequisonae sint. Ceteris vero consonantiis, usum in cantibus secundum vocem humanam, non percepi.

P₂, 174r

⁶ Locutus sum autem de usu consonantiarum ad genus pertinentium diatonicum, non chromaticum, non enharmonicum, quia nec chromaticum, nec enharmonicum genus convenit voci humanae, quidquid sit de instrumentis musicis artificialibus. Quis, enim secundum vocem humanam, apte per se et distincte valet <apotomen> cantare, quod pertinet ad genus chromaticum, et, adhuc minus, diesim, in partes duas dividere, quod ad cantum pertinet enharmonicum, ut ex sequenti libro, Deo dante, magis apparebit?

Et est notandum quod, praedictarum consonantiarum, sex sunt quae in frequentiore sunt usu praeter unisonum, hae scilicet: diesis, tonus, semiditonus, ditonus, diatessaron et

⁴ repperi pro reperi P₂
cum diapason bis scr P₂

⁵ aut tono cum diapente pro ut tono cum diapason P₂
percipi pro percepi P₂


item semiditono

⁶ apte sunt per se P₂

⁶ ex sequenti libro: vide L. V, c. VIII.

Guido: vide Guido, *Micrologus*, cc. IV et XVI, et praesertim Oddo, *Dialogus de musica*, 5 (GS I, pp. 254 et 256).

P₂ 177, r.



⁹ Ptolomaeus primo diapente, secundo diatessaron, tertio diapente cum diapason disposeret.

De aliis autem tribus non loquuntur.

Conveniunt hi doctores in hoc quod concorditer praepo-
nunt diapente ipsi diatessaron et rationabiliter (sive enim ad
proportiones, sive inspiciatur ad partes principaliores, sive ad
sensus iudicium, reperietur diapente symphoniam ipsi dia-
tessaron esse praeferendam). Sed, quantum ad diapente,
respectu ipsius diapente cum diapason, dissentiunt Nico-
machus et Ptolomaeus:

¹⁰ Praeponit enim Ptolomaeus diapente ipsi diapente cum
diapason ratione simplicitatis.

Nicomachus vero eas e converso disponit, quia propor-
tionem triplam, cum sit multiplex et simplex, sesquialtera
praeponit proportioni; etiam diapente cum diapason ex per-
fectioribus constat partibus quam diapente.

P₁, 162r

P₂, 191r

| < CAPITULUM XLV.

CUR SEMIDITONUM ET DITONUM ALIAS,
QUIA PRIUS TACTAS, INTER MEDIAS CONCORDIAS
ORDINAMUS.>

¹ Ceterarum consonantiarum a praedixtis nullam perfectam
ponimus importare concordiam. Concordant tamen
aliquae aliae ab illis et illarum quaedam magis quas inter
medias disponimus concordias, aliquae minus quas ponimus
<in> imperfectas.

² Dictum est autem septem esse consonantias medias con-
cordias importantes, scilicet semiditonum, ditonum, tonum
cum diapason, tonum cum bis diapason, ditonum cum bis dia-
pason, diatessaron cum bis diapason, semiditonum cum dia-
pente et bis diapason. ³ Hae propterea mediae dicuntur
concordiae, quia, inspiciendo ad aliquas conditiones, ceteris,
quas imperfectas vocamus, videntur potiores et sic, quodam-
modo, mediant inter perfectas et imperfectas concordias.

⁴ Hoc autem venire videtur ex ipsarum proportionibus et
partibus aliquibus. Semiditonus et ditonus, etsi fundentur in

9 tertie pro tertio P₁ 10 proportio non pro proportionem P₂

Capitulum XLV... ordinamus om P₁ sine spat vac rel, P₂ spat vac rel

1 disponimus pro ponimus P₂ in om P₁P₂ 2 semitonium cum bis diapente pro semiditonum cum
diapente P₂ 3 potiores P₁P₂

² Dictum est autem: vide c. XXXVI, 4.